UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.6. Vidit hominem cœcum. Homines tantum oculos desigunt vbi sit aliquid concupiscendum; per illos se dèclarabat hominem Antichristus, sicut se Deum Christus per suos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

cem diffundet ampliorem. Vidit Iſaias Dominum illum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum, & qui fimbriis veſtimenti ſui totũ
Iſa.6.1. replebat templum. *Ea quæ ſub ipſo erant)* legunt alij *fimbriæ veſtimentorum eius replebant templũ.* Quæ ſunt eius veſtimẽta? Lux, fortitudo, gratia,
Pſ 103.1. pulchritudo. *Amictus lumine ſicut veſtimento*, ca-
Pſa.62.1. nit Dauid & iterum: *Dominus decorẽ indutus eſt, indutus eſt fortitudinem.* Eius veſtimentum tale
Apo.19.19 eſt, vt in eo gerat acu deſcriptũ: *Rex Regum Dominus dominantiũ.* Reſidens in anima Dñs omnibus his eam replet, vt optimè dicere potuerit
Iſa.58.10 Iſaias: *Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies, & requiẽ tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animã tuã, & oſſa tua liberabit* (ſcribunt Septuaginta: *Et oſſa tua impinguabit*) *& erit quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarũ, cuius non deficient aquæ, & ædificabuntur in te deſerta ſeculorũ.* Diuina ſunt hæc verba ad declarandũ effectus quos Deus operatur in anima noſtra, in qua manſionẽ habet, præſertim per Venerabile Sacramentum: Lucem infundit clarã intellectui, tenebras diſſipat quas paſſiones excitant, eminentem ac continuam dat quietem voluntati, quandam gloriæ tribuit participationem, oſſa corroborat virtutum, anima, hortus videtur plantis cœleſtibus fœcundus, eam aqua adſpergit recenti gratiæ Spiritus S. plura in illa ædificat opera. O ter felicem animam in qua diuturnam Deus habet manſionem.

Eleganter dixit Archangelus Gabriel cœlorũ Principi Mariæ, quando eandem ſalutans illo:
Luc.1.28. *Aue Maria* continuò ſubiunxit: *Dominus tecum:* quæ namque ſic fixè ſecum detinebat Deum, indubitum erat, quòd plena gratiis foret cœleſtibus, quas ille Dominus operatur. Hinc in te naſci deberet triplex illum continuò tecũ detinendi
Cãt.1.12 deſiderium, dicendique cum ſponſa. *Inter vbera*
IV. *mea commorabitur.* O quàm eſſet rationi conue-
Deũ nobiſcum detineamus. niens, vt illud tu prudens mulieris Sunamitidis formares argumentũ, illa etenim conſiderans, quòd tranſiens per ciuitatẽ Eliſeus, nec moram faciens, ſolo illo trãſitu plurima pluribus adferret beneficia, quibus ſuã teſtabatur ſanctitatẽ, in hæc verba maritum ſuum alloquitur. Domine, magnus abſq; dubio vir hic eſt & magna quæcũque tranſit operatur, quæ nã nõ bona ſecũ adferet, vbi manſionẽ acceperit? Illum adducamus, vt in domo noſtra manſionẽ faciat, in quẽ finem illi cubiculũ præparemus: *Animaduerto quòd vir*
4.Reg.4.9 *Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter: faciamus ergo ei cœnaculũ, & ponamus ei in eo lectulũ, & menſam, & ſellam, & candelabrũ* &c. Et ad votum eis res ſucceſſit? illo namque maiora deſiderio dona receperunt Bona ratio, & quæ in ore tuo foret optima. Quibus te Deus tranſeundo tantũ donis affecit? Vnica vice, qua peccata per confeſſionẽ purgaſti, quanta anima tua trãquillitate lætabatur: quantum onus dicito mihi, humeris tuis excuſſiſti? quantã attulit deuotionẽ, dulcedinem quantã, dum celeriter per memoriã tuam tranſiit Chriſtus crucem baiulans, vel crucifixus? quando tranſiit, te illum conſiderante vt puerulum, matris vbera lambentem? quando illum meditatus es ſuum tibi ſanguinem, vitamque propinantem, nec non cœleſtem tibi gloriã promittentem? quid eſſet ſi fixam in anima tua haberet manſionem? Illam ad hanc præpara diligenter, & cum Chriſti diſcipulis ex deſiderio eum deprecare: *Mane nobiſcum Domine.* *Luc.24.29*

§. 6. Vidit hominem cœcum. *Homines tantum oculos defigunt vbi ſit aliquid concupiſcendum: per illos ſe declarabit hominem Antichriſtus, ſicut ſe Deum Chriſtus per ſuos.*

VIdit *hominem cœcum à natiuitate.* Oculos 15
coniecit, non taliter qualiter, ſed fixe &
data opera in cœcum. Sic colligit D. *D.Chr.*
Chryſoſt. a. taliſq; fuit ille adſpectus, tamq; diu *Ho. 55 in*
turnus, vt ex eo ſumpſerint Apoſtoli occaſionem *Ioa.To.3.*
Chriſtũ interrogandi, quidnã in illa cœcitate tã I.
attentè conſpiceret: verũ effectus eſſet peccatorũ Cur Chri-
cœci, an verò parentũ eius. *Tam diligenter eũ in-* ſtus cœ-
tuitus eſt, vt diſcipulos ad interrogandum conuer- cum ſpe-
teret. Quid intueris in terra cœli Domine atque ctare di-
in cœco, qui in terra degit? Quid hic viſu dignũ gnatur.
vbi nihil eſt præter miſeriam, defectum, neceſſi-
tatem? Numquid vehementer Regem admirare- II.
ris, qui de palatio ſuo magnifico egreſſus, vbi Similitu-
regiæ abundãt opes, cuius oculi pulchra ac pre- do.
tioſa quæque videre conſueuerant, ſi pagum ingreſſus oculos ſuos defigeret in ſterquilinium putridũ graueolentem, cuius pretioſiora quæq; non niſi palea fuiſſent & immunditiæ? Etſi nedũ ſordes eſſent communes, ſed aliæ multò horribiliores, quæ conuentiũ oculos offenderent, quid diceres? quid intueris Domine? quid hoc tuos in ſterquilinio detinet oculos? Hoc rapit in admirationem, quòd Deus hominẽ dignetur intueri. Quid in eo Dñe cõſideras? eſt etenim homo ſordiũ colluuies, miſeriarũ cumulus, & immunditiæ ſterquilinium. *Homo natus de muliere, breui viuẽs* *Iob.14.1.*
tempore, repletur multis miſeriis. Nedum pluri-

mis variſque plenus eſt miſerijs,ſed repletus vt plures eum opprimere non poſſe videantur: *Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos?* Non ait quod figas, ſeu ex induſtria in eum oculos conijcias,ſed aperias.q.d, Quod oculis in illum nictare videaris. Mundi ſunt oculi Domini,teſtatur Vates,nec vllam videntur poſſe immunditiam intueri. *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum,& reſpicere ad iniquitatem nõ vales.* Miratur hoc Iob quod hominem Deus dignetur vel ſemel intueri:ſed amplius ego miror, Chriſtum Redemptorem noſtrum,qui nedum oculis nictat,ſed inſuper & firmat oculos ſuos in hominem cæcum, ſtetqui immm, qui præter communes immunditias, quas ex natura contraxit hominis, defectu inſuper laborat oculorum: vt enim aduertit Ariſtoteles in ſuis problematibus, & ipſa monſtrat experientia , nihil eſt quod ita grauiter offendat oculos , quam oculos intueri læſos , vlceratos, lippientes.

Haba.1.13

Admirabilis circumſtantia,qua nobis D.Ioannes confirmat,quod *Lux in tenebris lucet:* etenim quod Chriſtus lucem oculorum ſuorum defigat in tenebras oculorum cæcorum, mirum in modum declarat,quod oculi illi diuini ſunt, quodque qui illis intuetur æternus veruſqueDeus habeatur. Multum differunt oculi Dei ab oculis omnium creaturarum : nam omnibus illis ſui ſunt defectus & indigentiæ,ſuaſque in ſe patiũtur neceſſitates. Vnde proprium illis eſt oculos ſuos deflectere tantùm,vt videant quod ſibi cõueniens eſt & neceſſarium. Oculi,ſi Philoſophis gredimus,& poſtmodum dicendum eſt,feneſtræ ſunt animæ ipſiſque auctor naturæ ſapientiſſimâ condidit prouidentiâ ; quatenus ipſa creatura, cum in ſe millenis opprimatur neceſſitatibus ac defectibus,haberet,vnde ſibi prouideret,hoc totius orbis conſiderans emporium , ex quo ſibi prouideret de victu, potu,cibo , veſtitu ; negotiaretur , lucraretur , proficiſceretur eo , quo ſibi conduceret eundum, idcircò oculos creatura aperit,vt videat quibus ſuis poſſit proſpicere neceſſitatibus,reſarcire defectus ſuos illiſque ſubuenire.

III. Differentia oculorũ Dei & creaturarum.

IV. Cur oculi creaturis ſint dati.

Ex quibus colligo cum D. Chryſoſtomo vbi illa ponderat verba Euangeliſtæ : *Videns turbas aſcendit in montem* . quòd ex illo quod quis aliquid diligenter fixiſque oculis intuetur, colligere liceat quid ſit quod deſideret, & quid illi deficiat. Faber lignarius lignum intuetur , vir doctus libros , milites arma, famelicus panem, lubricus corporis pulchritudinem &c. Porrò Deus omnigenis repletus eſt bonis , tamque ab omni alienus defectu , vt ipſe quoddam ſit pelagus ex quo bona quælibet oriuntur : *Ex ipſo & per ipſum,& in ipſo ſunt omnia*, ait D.Paulus: cui concinit Eccleſia: *Deus à quo bona cuncta procedunt*. Non opus illi eſt,vt ſuos aperiat oculos, quibus quærat aliquid ſibi neceſſarium , ſed vt vacua inueſtiget, quæ repleat, & defectus quos reſtauret. Quam diuerſi ſunt nutricis oculi,quæ vbera gerit lacte turgentia , & pueruli oculi qui à longo iam tempore vbera non contorſit fameque langueſcit? Illi conſpiciunt, cui exhibeant vbera,idcircò huc & illuc circumſpiciunt & ſi puerulum non inueniunt,cui vbera exporrigant,catulum quærũt,qui lac exſugat. Pueruli verò oculi,huic ſoli intendunt, vt quærant,qui illi exhibeat , & nunc nutricem videant vbera porrigentem. Deus ac Dominus noſter totus affatim lacte abundat miſericordiæ , pijſſima eius viſcera benignitate & miſericordia replentur copioſiſſimè,vt illi velut nutrici vbera diſtringi videantur; ſuntque in Deo illa pectora, qualia in eius maieſtate ſanctiſſima ſponſa contemplabatur: *Meliora ſunt vbera tua vino.* Quid igitur oculi Dei,cum pleni ſint,& repleti miſericordijs contemplabuntur,in quem reſpicient,niſi in eũ, cui illas poſſit elargiri, & diſtribuere ? In quem aptiùs dirigi poteſt Dei viſus , quàm in pauperẽ omnium rerum indigum , & miſerijs circũquaque languentem? *Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt.* Cui extrema patienti ſuorum poſſit bonorum abundãtia ſubuenire: vt videatur quaſi quærere, quomodo ſe effundat,& diffundat ad huius plenitudinis exonerationem , & tantarum redundantiæ miſericordiarum ſubleuamen.

Hom. 9. in Math. in Imperfect.

V. Ex oculis colligitur deſiderium vel defectus alicuius rei.

Rom.11.36.

VI. Diuerſi ſunt nutricis & pueruli oculi.

Cant.1.1.

Pſ.10.2.

Hinc diſcrimen intellige, quòd Iob ſtatuit inter Dei & hominis oculos, dum ait : *Numquid oculi carnei tibi ſunt, & ſicut videt homo, & tu videbis?* Quid eſt caro? ſubiectum omnibus bonis priuatum,quod ex ſe nullum poſſidet: *Non eſt in carne mea bonum*, inquit Apoſtolus. Nec ex ſe vitam habet,nec ſalutem,nec venuſtatem, nec alimentum. Cum autem ex priuatione naſcatur appetitus ; cum ipſa bonis omnibus priuata ſit, omnium in ea bonorum naſcuntur appetitus: vnde carnis oculi nihil ſunt aliud , quam faces quædam carnis & corporis, quibus ſibi neceſſaria,quæque deſiderat, & acquirat, idcircò ne timueris , quod ad aliud quidquam reſpicient, præterquam in id quod eius poteſt appetitum ſatiare eſſeque vtilitati Si in ſanitatem oculos cõijcias , hæc ea ratio eſt quia tibi dare poteſt , ſi Dñm aſpicias,quia tibi poteſt eſſe ſubſidio: ſi iudicem intuearis quia tibi poteſt ſuffragari: ſi vibus

16 VII. Diſcrimẽ inter Dei & hominis oculos.

Iob 1.4.

Rom.7.18

ribus potentem : quia ei data occaſione potes
Pſ.122.1. conſidere. Quàm eleganter canit Dauid : *Sicut*
oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita oculi no-
ſtri &c. Quàm defixos habet ancilla oculos in
manus Dominæ ſuæ , ex quibus ſibi veſtitum,
calceos, ſubſidiumque ſperat &c.

VII. Ex præmiſſis conſidero, poſſe intelligi diffici-
Exponi- lem illam viſionem Prophetæ Zachariæ Præ-
tur viſio cipit illi Angelus oculos attollat, & attentiùs in-
de am- tueatur, ſibi propoſitum ob oculos. Angelum in-
phora. terrogat, Domine mi, quid eſt hoc ? Reſpondet
Zach.5.6. illi: *Hæc eſt amphora egrediens.* Eam ô Vates at-
tentè conſidera, ac noueris quod : *Hæc eſt oculus*
eorum in vniuerſa terra. Arabicum ſonat hoc.
Quid ſignificat ? Voluit illi Angelus oſtendere
quid hoc eſſet, in quod terra vniuerſa ſuos defi-
geret oculos, & ob quod tātoperè Deus offēde-
retur, atq; in eos excādeſceret. Oſtendit ei itaq;
vas. In Hebræo legimus *Ephi* quod menſurā ſi-
gnificat, q.d. eſt Ephi, modius medimnus; & hic
omnium communis error quòd omnes menſu-
ris vterentur falſis , vt quiſque ſuas adaugeret
facultates, ſtuderetque lucro, quā de causā gra-
Ezech.45. uiter Deus irritabatur, vt per Vatem Ezech. in-
9. dicauerat q.d. Ecce ô Propheta, in quæ oculos
deflectant, in lucra, emolumenta, augmenta, vt
non ſit qui eos in pauperem dirigat in extremè
laborantem, vt eius ſuccurrat quātocyus calami-
tati. Diuinè diuinus hoc ipſe Spiritus expreſſit
Eccli.14. auaros acriter inſimulans: *Nequā eſt oculus liui-*
18. *di, & auertens faciem, & deſpiciens animam ſuam*
inſatiabilis eſt oculus auari. Græcè clariùs expri-
IX. mitur: *Nequā eſt oculus auari, auertens faciē ſuam,*
Auari *& deſpiciens animas miſerorum.* Nequam ſunt
oculi in cupidi auari oculi: illos etenim ſemper auertit, &
quid re- detorquet inde vbi nihil niſi miſerias conſpiciat.
ſpiciant. Habes hic cupidæ, auaræq; carnis oculos, cōti-
Prou.30. nuò poſtulantes: *Adfer: Adfer:* teſte ipſo Spiritu
15. S. Ne verearis quod illos ibi deflexurus ſit ,
vbi nihil præter ærūnas adſpiciat ſatis ; enim ſibi
perſuadet, quòd ipſas in ſe patiatur, tantū ibi eos
deflectit vbi ſit aliquid aut bonū, aut appetibile.

☞ 17 Hinc meā quidem ſententiā propriè declara-
X. tur, quod Dominus oſtendit Danieli illi pro-
Antichri- prijs coloribus depictum exhibens Antichriſtū,
ſtus quo Sub varijs illi figuris , ac beſtijs propoſuit totū
ſymbo- mundi proceſſum, eius regnorum ac Monar-
lo ſigne- chiarum, & tandem Imperij Romani in quadam
tur. beſtia quæ ceteras horrore, ac potentia facilè ſu-
perabat; nec non Reges , qui inde poſtmodum
erant orituri , ac regnaturi vſque ad vltimum
mundi terminum ſub figura cornuum , quæ de
capite beſtiæ procedebant. Egregium ſanè hie-
roglyphicum, & valde commune SS. litteris, in
quibus nomen cornu potentiam deſignat & re-
gnum: etenim animalium quibus ſunt cornua,
maxima fortitudo in illis reſidet: Vnde dicitur:
Cornu Dauid: id eſt, regnum Dauid: Et verò ve-
riùs illa cornua, quæ Deus Danieli præoſtendit
in ſymbolū regnorum quæ ventura ſignabātur,
plura myſteria continent quā verba, & apertiùs,
quā omnes hiſtoriographi declarant Regū con-
ditiones, qui ex Imperio Romano proceſſerunt.

Dicit igitur , quòd inter illa puncta ſeu cor-
nua, paruum aliud oriebatur, ſed viribus poten-
tiſſimum: de quo ſtupefactus Propheta, illudque
perpendens attētiùs, aduertit, quòd oculos præ-
ferret hominis: *Conſiderabam cornua, & ecce cornu* Dan.7.7.
aliud paruulum, ortum eſt de medio eorum &c. Et
ecce oculi hominis erant in cornu iſto. Ad litteram
de Antichriſto loquitur , de quo ait, quòd pro-
ceſſit ad inſtar cornu paruuli , quod inter alia
medium apparuit, deſignans, quòd ab ortu ſuo
futurus ſit abiectus, vilis, homo ſordidus : *Homo*
viliſſimus & indignus decore regio. Homo deſpectus
&c. Ait idem Propheta, quia nec ſcient quomo-
do, aut quomodo non , cum enim ex natura ſua
adeò ſit abiectus & vilis, ſeipſum exaltabit, ſedē-
que ſuam inter Reges ac Principes ſuperbus
collocabit. Et quid hoc ſignificat, quod oculos XI.
habebit hominis? Intelligūt nonnulli, quod præ- Antichri-
uenire Dominus voluerit errorem eorum , qui ſtus non
credituri eſſent, Antichriſtum non futurum ve- diabolus
rum hominem, ſed diabolum ſub hominis figu- ſed ho-
ra latitantem. Sic notat D. Hier. *Ne putemus* (in- mo.
quit) *ſecundum opinionē quorumdam vel diabolum* D. Hier.
eſſe, vel dæmonem, ſed vnum de hominibus , in quo In cap 7.
totus Satanas corporaliter eſt habitaturus. Theodo- Dan. Ta 5
retus opinatur quod Dn̄s hoc ſymbolo indica- Ibid. Dan.
re voluerit eius aſtutiam ac prudentiam , quā 7.24.
cæteros omnes totius orbis prudentiſſimos an-
tecurret. Porrò ſubtiliter aduertit diligens do-
ctuſque Lyranus, quod per hoc formare Domi-
nus voluerit argumentū, quo mundū inſtrueret
de ijs quæ perſuadere conabitur Antichriſtus.
Illius autem hoc erit intentum principale ho-
minibus perſuadere vt credant quod ipſe ſit ve-
rus Maſſias & Deus qui veniat ad mundi redē-
ptionem: *Qui extollitur ſupra omne, quod dicitur* 2. Theſ. 2.
Deus aut quod colitur, inquit Apoſt. & ea ratio- 4.
ne ſedebit in tēplo Dei veluti in propria domo: XII.
Ita vt in templo Dei ſedeat , oſtendens ſe tanquam Antichri-
ſit Deus. Ad hoc, permittente Deo, vt inquit D. ſtus mul-
Paulus, & prædixerat Daniel, dabit illi diabolus ta faciet
poteſtatem faciendi ſigna , prodigia, ſtupenda- miracu-
que miracula, quæ licet omnia futura ſint mē- la.
dacia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dacia. (*Secundum operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus*) erunt nihilominus adeo admiranda, vt mirum ſit, illis etiam Sanctos non ſeduci, teſte Chriſto Redem- Matt.24.24. ptore: *Dabunt ſigna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt etiam electi.* O iuſti mei, loquitur Chriſtus, numquid certò cognoſcere vultis quod ipſe non ſit Deus? Oculos illius attendite: *Ecce oculi*: & ipſos puri hominis eſſe conſpicietis, vobiſque illicum merum eſſe hominem comprobabunt: *Quaſi oculi hominis erãt in cornu iſto*: quidquid enim aſpiciet totum ad ſuum deriuabit lucrum & honorem. Si mulierẽ eleganti formâ gratam aſpexerit; hoc erit, vt eam Dan.11.37. inhoneſtè cõcupiſcat: *Et erit in concupiſcentijs.* Si diuites: vt ei ſuas vbertim diuitias largiantur; ſi nobiles, vt eum ad gradum extollant altiorem: totus deſiderijs inardeſcet. *Erit in concupiſcentijs.* Ea tantum videbit, quibus ſuo per omnia ſatisfaciat appetitui.

Ad bolidem cadit, quod de illo Dominus ad Iob 41.25 Iob ait viuis illum depingens coloribus: *Omne ſublime videt, Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Ex illa ratione qua D. Tho. declarat, quod 3.p.q.8. ar.8. futurus ſit omnium malorum caput: & ſicut XIII. Oculi Antichriſti quid ſint aſpectui. mali ſunt ob concupiſcentias carnis, oculorum, & ambitionis vt ait D. Ioannes, ipſe in ſe cunctas concupiſcentiarum ſpecies totus ſcelereratus complectetur. Idcirco oculos ſuos, in ea tantum & omnia illa detorquebit quæ habuerint aliquid boni concupiſcibilis. Non illos conijciet, niſi in pulchrum, opulentum, excellens, delitioſum &c. *Omne ſublime videt.* Oculos ſuos ad ea diriget, quibus ſuæ poſſit placere concupiſcentiæ. Hoc eſt hominis oculos habere, vnde & illum per hos cognoſce, quod nullatenus Deus ſit, cui proprium eſt quod in pſalterio decantatum legimus: Pſ.112.5. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra:* Optima contrapoſitio huius *Sublime*, quod ipſe reſpiciet, ad illud *Humiliaci*, in quæ Deus oculos ſuos defigit. Quod ſi per oculos illos eum hominẽ merum eſſe cognoſcas, cognoſce monet te D. Ioa. ex ſuis Chriſtũ, quod verus ſit Deus: *Non ſicut videt homo, & tu videbis.* Non erunt oculi tui ſicut traditoris illius oculi, qui cum futurus ſit homo purus ſe in Deum volet erigere; ſed tales, qui præferant, quod exiſtens verus Deus, teipſum hominem effeciſti.

Quàm bellè depinxit hos oculos diuina eius ſponſa, quos ipſa ſimiliter attentè conſpexerat: Cant.5.12. *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarũ quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima:* Oculi ſimplices, ſicut columbæ fellis omnis expertes, omnis fictionis, omnis doli. Perpende hæc verba myſterioſa. Oculi carnales reſident iuxta carnis fluenta, quæ eſt ſubiectum omni bono vacuum, vnde tantum conſiderãt ac ſpectant illud, quo vacua illa impleantur. Verumtamen ſponſi mei oculi circa diuinitatem, circa cũctas Dei diuitias maris illius immenſi, fontis illius abundantiſſimi: proinde nihil ſpectant aliud niſi illos in quos ſuas poſſint euacuare diuitias: in paralyticum greſſus celeritatem, in leproſum munditiem, in ſurdum auditum, in mortuum vitam, in cœcum oculos: hic reſident, non vt accipiant, ſed vt dent: ſunt enim canales per quos perfectiõnum ſuarum diuinarum maria, fonteſque ſcaturiunt: *Fluenta pleniſſima.* VV. Oculos habet Chriſtus columbinos.

§.7. Vidit hominem cœcum: *Oculi Chriſti ſunt ſpiritus viuificantes in eum directi, qui illum non videbat; declaratur opus iuſtificationis.*

EX hac doctrina credo patebit intelligentia 18 viſionis D. Ioannis: vidit agnum in excelſo throno, medium inter viros ſenectute venerabiles, tanquam occiſum. Verumtamen ſtãtem, ſeptem cornua, totidem oculos habentem: Apoc.5.6. *Vidi & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram.* Quodque verbum pluribus ſcatet myſterijs quibus modo non vacat immorari. Id tantummodo perpende quod ait: *Habentem oculos ſeptem*, id eſt multos, & quinam erant illi: *Septem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram.* Quid hoc rei? Arbitror, quod declarare voluerit naturam oculorum Chriſti, ac probare, eos eſſe veri Dei oculos, ad hoc alludens quod in S. eloquio legimus: in mundi principio dum omnia aquis inuoluerentur: Gen.1.2. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* In imperf. ſuper Gen. ad litt. D. Aug. autumat hæc dicta fuiſſe vt oſtenderetur quod Deus creaturas non condiderit, quia illis indigeret, aut aliquid ab ijs acciperet, imo potius illæ, ab eo eiuſque virtute pendebant, & ea de cauſa dicitur ſpiritus Dei ſuper iſtas deferri: illis quaſi calorem, ſpiritum vireſque tribuens inſtar gallinæ ouis incubantis: vnde ſic alij ex Hebræo Lib. de qq. Hebra. in Gen. vt notat D. Hier. legunt: *Spiritus Domini incubabat ſuper aquas.*

Tales ſunt Chriſti oculi qui ad omnes pertingũt *Miſſi in omnem terram*: & ſpiritus ſũt, qui vi-